

Peter of Trabibus, Commentary on the Sentences (Florence, Bibl. Naz. D. 6. 359)

Transcribed by Tuomas Vaura¹

Abbreviations

| | |
|-------|------------------|
| add. | addidit |
| del. | delevit |
| fol. | folium |
| marg. | margine |
| om. | omittit |
| [...] | additio |
| <...> | additio editoris |
| (?) | lectura incerta |

Liber 2, distinctio 24, circa 4, quaestio 3. (fol. 31ra)

Utrum ratio superior possit peccare sine inferiori?

Tertio quaeritur, utrum ratio superior possit peccare sine inferiori vel e conversio?

Ad quod est dicendum,
quod ratio superior et inferior non sunt duae sed una. Et dicitur superior quando contemplatur aeterna, et inferior quando convertitur ad temporalia, nec ea refert actu vel habitu ad aeterna, sed ibi quiescit. Et tunc tota efficitur inferior et perdit nomen superioris, et quia tunc tota est conversa ad unum terminum, sequitur quod sit aversa ab alio. Et sic peccatum committitur ab inferiori ratione, sed non sine superiori ex consequenti consentiente.

Peccatum enim inferioris rationis dicitur aliqua complacentia surgens ex alicuius oblatis apprehensione. Sed illud tale apprehensum potest de se esse veniale vel mortale. Si est veniale, ut verbum otiosum, tunc non refert, utrum superior consentiat vel non, quia non est mortale, nisi esse multum magnus contemptus. Si autem illud apprehensum de se est mortale, tunc si ratio talem complacentiam statim repellit, non est peccatum mortale, sed inquantum repellit est meritum, licet sit veniale inquantum surrexit. Si autem non statim repellit sed consentit,

¹ The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. I would like to thank Annemieke Verboon, who has helped me to improve the transcription. The line division of the transcription follows the line division of the manuscript.

The transcription may be cited as follows:
Peter of Trabibus, *Lectura* lib. 2, d. 24, c. 4, q. 3, Tuomas Vaura (ed.), *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* -project. URL = <<https://blogs.helsinki.fi/rationality-in-perception/texts/>>. 2019.

mortale est, quia est consensus.² Si autem non consentit nec dissentit
et periculum avertens repellere negligit, ad huc dicitur propter
<31rb>

consensum interpretativum esse mortale. Si autem nunc avertit periculum,
nec placet sed displicet, sed non propter hoc voluntas contravenit,
non videtur esse mortale statim, sed bene dicitur, quod statutum est tempus
a Deo, in quo debet periculum quis avertere, et tenetur, et si transeat illud,
imputatur sibi, et timendum est ne sit mortale talis negligentia
repellendi.

² Add. in marg. *quoniam qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est in corde suo.*